

ralia, partim specialia, sunt proponenda in examine testium, III, 62. Interrogatoria generalia, quæ, *ib.* Interrogatoria specialia, quæ, *ib.* Interrogatoria suggestiva, quæ, 63. Suggestio alia aperta, alia palliata, *ib.* Interrogatoria suggestiva sunt prohibita, vitanda, 64. Interrogationes testium debent fieri in genere, gradatim descendendo ad magis specialia, *ib.* Idem procedit in examine rei super crimine admissio, *ib.* Adeo ut confessio rei per suggestionem extorta, non sufficiat ad condemnandum, *ib.* Interrogatoria generalia quæ, et quomodo proponi debeant in processu criminali, VI, 68. Interrogatoria generalia reo proponenda quæ, et quomodo, 82. Interrogatoria specialia testi proponendi regulæ, principia, et praxis, 69. Testi ordinariæ non solent, quamvis possint subinde interrogatoria specialia per ambages proponi, *ib.* Reus vero per ambages interrogatur, et quare, *ib.* Interrogatoria specialia quæ, et quomodo proponi possint, ac debeant reo, 83. Interrogatoria ab advocatione rei, vel ipso reo pro examine testium quando, et quomodo fieri possint ac debeant, 93. Quomodo super ipsis examinari debeant testes, 94. Interrogatoria proponuntur idiomate vernaculo testis, vel rei, et scribuntur idiomate latino, 67.

INTERSTITIA temporum, quibus conferendi sunt ordines, quæ, et cur a jure statuta, I, 462. Nulla certa statuuntur pro ordinibus minoribus, *ib.* Pro aliis requiritur annus, *ib.* Naturalis vel saltem ecclesiasticus, *ib.* Textus notabilis constitutionis Innocentii III, circa ipsa, 463. In interstitiis ordinum ex quibus causis possint dispensari, *ib.* Requiritur major causa in dispensatione quorundam interstitiorum, ac aliorum, *ib.* Et cur, *ib.* Ecclesiæ utilitas, vel necessitas, ut in interstitiis dispensetur, quod censeatur adesse, 464. Cujus sit dispensare in interstitiis, *ib.* Episcopus ordinans alienum subditum cum litteris dimissionis non potest cum eo dispensare quoad interstitia, *ib.* Sed dispensare in istis spectat ad episcopum respectu suorum subditorum, *ib.* An eadem potestas competat vicario generali, atque capitulo sede vacante, *ib.* In interstitiis dispensat episcopus, vel expresse, vel tacite; et quomodo, 465. Potestas dispensandi in interstitiis respectu regularium, an spectet ad episcopum, vel prælatum regularem, *ib.* De quibus regularibus hæc questio procedat, *ib.* Ostenditur dictam potestatem pertinere ad episcopum; et quomodo, *ib.* Nisi quando prælati regulares suis subditis conferunt ordines minores, *ib.* Contra ordinantem, et ordinatum non servatis temporum interstitiis, nullæ sunt pœnæ in jure statuta, 473. Peccat tamen uterque, ac subjacet pœnæ arbitrariæ, 474.

INTESTATUS quis dicatur, IV, 333.

INTRUSUS in beneficio quis censeatur, III, 331. Talis generatim est, qui obtinet beneficium ecclesiasticum sine auctoritate illius, ad quem de jure spectat collatio, *ib.* Sive propria auctoritate, *ib.* Sive aliorum, 332. Sive id faciant, *ib.* Enar-

rantur plures aliæ species intrusionis, *ib.* Quinam intrusorum nomine veniant, quoad effectum regulæ cancellariæ, 333. Effectus intrusionis in beneficium sunt varii, 334. An valeat rescriptum motu proprio obtentum tacita intrusionem, 335. Intrusus parochus invalide assistit matrimonio, V, 409.

INVALIDUM DE JURE quid, VII, 51. Invalidum quomodo dicatur firmari *ex nunc*, non *ex tunc*, 52.

INVENTARIUM quid, III, 103, IV, 492. Qualia afferat privilegia, 493. Regulariter loquendo nemo tenetur facere inventarium, *ib.* Limitatur in aliquibus casibus, *ib.* Inventarium quando inchoari et perfici debeat, *ib.* Qui absque inventario hæreditatem adit, sibi damnus exinde imminens imputare debet, VII, 181.

INVENTOR rei alienæ quid facere, quomodo de domino indagare, quamdiu illum expectare, et quid interea cum re inventa agere possit, et debeat, VI, 413.

INVESTITURA quid et quotuplex in beneficiis, IV, 16, 23. Ritus investituræ, *ib.* Investitura feudi quid? coram quibus et quomodo fieri debeat, 287. Quando peti ac renovari valeat, 297, 301.

INVETERATUM quid, I, 284.

INVITUS *nemo cogitur agere*, quomodo intelligendum, II, 427. Invito beneficium non tribuitur, III, 164. Invito beneficium non tribuitur, IV, 70.

IPSE dictio est personalissima, V, 244.

IPSO FACTO, vel ipso jure quando intelligatur privatio, vel punitio, VII, 116.

IRACUNDIÆ calore facta confessio, vel accusatio, an teneat, II, 476, 474.

IRREGULARES, an, et quando prohibeantur eligere, I, 348. Irregularitas inducitur, et prohibetur quis ordinari, ubi vitium corporis, vel impedit exercitium corporis, vel notabilem causat deformitatem, 308. Vide supra *Corpore vitiatum*. Irregularis est leprosus, paralyticus, arripitius, etc., 309. Mutilans seipsum, aut sui mutilationem sine justa causa procurans, fit irregularis, 310. Licet solam partem digiti sibi absciderit, 311. Haud obstante, quod alioquin defectus digiti non inducat irregularitatem, *ib.* Nihilominus habens sex digitos, potest unum rescicare, *ib.* Irregularitas incurritur, quamvis culpa abscedentis sibi membrum, vel partem ejus, non sit notoria, *ib.* Aut ex zelo indiscreto, v. g. animo sedandi libidinem, quis seipsum mutilaverit, *ib.* Castratus in infantia, vel ex justa causa faciens se mutilari, non fit irregularis, *ib.* Dans operam rei illicitæ, ac ex se periculosa, secuta sui mutilatione fit irregularis, *ib.*, 312. Secus si actio illa prava non est ex se periculosa, seu inductiva mutilationis, *ib.* An sit irregularis, qui deprehensus in adulterio, sicque mutilatus amisit virilia, *ib.* Quis possit dispensare super irregularitate orta ex vitio corporis, *ib.*

Irregulares ex homicidio casuali in ebrietate, usum rationis adimente, commisso vere indu-

citur, VI, 375. Secus est si ebrietas usum rationis non adimit, *ib.* Dummodo homicidium prius non intendat, aut rationabiliter prævideat, *ib.* Qui ab experientia scit, se in ebrietate homines periculose invadere, irregularis est, si in ebrietate aliquem occidit, vel mutilat, 376.

IRREGULARITAS bigamiæ oritur ex defectu sacramenti; et cur, I, 513, 515. Bigamia vera inducit irregularitatem, etiam contracta ante baptismum, 514. Solvuntur jura in contrarium militaria, *ib.* Homicidium commissum ante baptismum non causat irregularitatem, bene tamen bigamia; et quæ, et cur, *ib.* Disparitas inter irregularitatem ex occisione hominis, et ex bigamia proveniente, 515. Irregularitas bigamiæ non inducitur propter crimen, sed propter defectum sacramenti, 515, 516. Quis possit dispensare in irregularitate bigamiæ, 517. Vide supra *Bigamia*. Irregularitas ut sic, quid et quotuplex, et quando contrahatur, VI, 359. Quomodo differat ab excommunicatione, et suspensione, *ib.* Irregularitas alia est ex delicto, alia ex defectu, *ib.* Irregularitas nunquam incurritur, nisi in casibus a jure expressis, *ib.* Vel ubi diuturna Ecclesiæ consuetudo, illam induci vult, *ib.* Irregularitas quos pariat effectus, *ib.* Parit privationem ordinis suscipiendi, *ib.* Privationem usus ordinis jam suscepti, *ib.* Ac beneficii suscipiendi, *ib.* Irregularitas ex homicidio justo, quod directe, vel indirecte auctoritate publica causatur, et occasione illius, a quibus contrahatur, VI, 334. Recensentur in compendio, *ib.*

Irregularitas ex accusatione criminali, VI, 334. Omnis coram laico accusans de crimine, pœnam sanguinis promerente, est irregularis, *ib.* Secus est, si coram iudice ecclesiastico accusat, *ib.* Vel nonnisi civiliter ad suum interesse cum potestate contra pœnam sanguinis, *ib.* Sicut nec qui pro eodem interesse pro malefactorem, v. g. furem, capit, et tradit, vel indicat iudici cum apposita protestatione, 335. Qui vero pro interesse extraneo id facit, irregularis est, 335. Accusans civiliter liber est ab irregularitate, et si interne intendat pœnam sanguinis quando, et quomodo fieri debeat ad evitandam irregularitatem, *ib.* Ab irregularitate immunis est, qui criminaliter accusat crimine levi, vel coram iudice ecclesiastico, 336. Vel de crimine in futurum, *ib.* Doctrina practica ad propositum, *ib.*

Irregularitas ex homicidio, vel mutilatione in bello, 361. Si in bello patenter injusto vel unus tantum occiditur, omnes totius exercitus sunt irregulares, *ib.* Exceptis illis, qui præcise spiritualiter adjuvant, *ib.* In bello justo offensivo omnes et soli illi sunt irregulares, qui proprio facto aliquem occidunt, *ib.* Non item qui moraliter certi sunt, a se nullum esse occisum, *ib.* Etiam si clerici sint, 362. Dubitans, an in tali bello aliquis a se sit occisus, pro irregulari habere se debet, *ib.* In bello justo defensivo ab irregularitate immunis sunt tam clerici, quam

laici, qui pro defensione propriæ personæ, vel Ecclesiæ, aut patriæ proprie facto aliquem occidunt, *ib.* Si necessario in tali bello pugnant, *ib.* Secus, si libere, uti milites, nomen militiæ sponte dantes, *ib.* Doctrina practica pro favore illorum, qui sunt vel fuere milites, in causa irregularitatis, 363. Irregularitas ex homicidio, vel mutilatione ob defensionem vitæ, membrorum, famæ, honoris, fortunæ, an et quando contrahatur, 366. Irregularis non est, qui occidit, vel mutilat pro defensione suæ vitæ, aut membrorum injustum invasorem, nisi excedat moderamen inculpatae tutelæ, *ib.* An, et quando censeatur servare moderamen inculpatae tutelæ, qui occidit, vel vulnerat, dum fuga salvare se posset, 366. Ab irregularitate quoque immunis est, qui servato moderamine inculpatae tutelæ occidit, vel mutilat pro defensione rerum temporalium, 368. Ab eadem immunis sunt non tantum qui pro defensione propriæ, sed etiam qui pro defensione alienæ vitæ, membrorum, et bonorum fortunæ, occidunt injustum invasorem, servato moderamine inculpatae tutelæ, 370. Etiam pro necessaria defensione famæ commissum homicidium, vel mutilatio immunis est ab irregularitate, 371. Irregularitas ex homicidio mere casuali, ex opere licito secuto, nulla incurritur irregularitas, *ib.* Adducuntur pro praxi varii casus, *ib.* Ratione carentes aliquem occidentes ab irregularitate immunis sunt, *ib.* Qui homicidium casuale, vel mutilationem ex opere licito committit, irregularis est, si ex culpa gravi omittit debitam diligentiam cavendi mortem, aut mutilationem, *ib.* Uti fieri potest apud magistros, parentes, etc., in correctione morum discipulorum, 372. Secundum aliquos levis culpa in vitanda morte alterius casuali sufficit ad irregularitatem, *ib.* Sed probabilius requiritur culpa gravis, *ib.* In actionibus licitis, omni periculo mortis carentibus, nulla est obligatio adhibendi specialem diligentiam de cavenda morte alterius, 373. Irregularitas ob homicidium casuale ex opere illicito secundum aliquos semper sequitur, *ib.* Probabilius respondetur cum distinctione de opere illicito ex natura sua inducens, vel annexum habens mortis, aut mutilationis periculum, et de actione illicita id non habente, *ib.* Clerici medicinam, vel chirurgiam exercentes, irregulares sunt, si mors inde casualiter sequatur, 374. Non item si mere casualiter sequatur ex ipsorum venatione, *ib.* Irregularitas ex homicidio per alium, meo nomine facto, non incurritur, VII, 39.

Irregularitatis ex homicidio, vel mutilatione secuta dispensatio. Vide *Dispensatio irregularitate ex homicidio, vel mutilatione secuta*.

Irregularitatis in pœna dispensare quis possit? Vide *Dispensatio in irregularitate ut sic*.

Irregularitatem ex delicto quænam crimina inducant, VI, 339. Illam inducunt reiteratio baptismi, *ib.* Violatio censurae, 360. Indebita susceptio ordinis, *ib.* Hæresis, et apostasia a fide, *ib.* Homici-

dium, et mutilatio injusta, *ib.* Omnia delicta inducentia infamiam juris, *ib.* Dummodo sint publica, *ib.* Irregularitas in infamia subinde ex parte cessat, post peractam poenitentiam, *ib.*

Irregularitatem quando contrahant iudex dictans sententiam mortis, vel mutilationis et alii qualitercumque concurrentes ad eam, 356. Effectu secuto eam incurrit quis sive clericus, sive laicus iudex, *ib.* Excepto Papa, 357. Etiam inquisitoribus hæreticæ pravitatis, *ib.* Ac iudicibus ecclesiasticis tradentibus malefactorem curiæ sæculari, *ib.* Necnon episcopis, principibus S. R. I., *ib.* Consiliarii et assessores consulentes poenam sanguinis, vel votum dantes, sunt irregulares, 358. Quid de confessariis et theologis eandem poenam suadentibus, vel mandantibus iudici, *ib.* Advocati quoque et testes in causa criminali sunt irregulares, 359. Nisi ad id cogantur, *ib.* Pariter irregulares sunt notarii, tabelliones, scribæ, et alii ministri justitiæ, ad executionem poenæ sanguinis concurrentes, 359. Excipiuntur, qui pri-

vata auctoritate, et remote tantum concurrunt, ut opifices conficientes furcam, funem, gladium, etc., *ib.*

Irregularitates ex defectu recensentur, 560. Quæ oriuntur ex defectu animi, *ib.* Quo referuntur et neophyti, 561. Item ex defectu corporis; et quali, *ib.* Item ex defectu natalium; et quali, *ib.* Ex defectu ætatis, *ib.* Ex defectu libertatis, 562. Et sacramenti, *ib.* Item ex defectu lenitatis, *ib.*

IRRITATIO actus alia explicita, alia implicita, I, 155. Irritaneum quandoque dicitur, id quod ipso jure est irritum, 157, 275. Irritatio legis, quid, et quomodo differat ab abrogatione et derogatione legis, 202. Vide infra *Lex abrogans*. Irritatio testamenti quid et quomodo fiat, IV, 535. Irritatio voti quid, et a quo fieri possit, V, 75.

IRRITUM ipso jure, et irritandum, in quo differant, II, 454.

ITER ut est servitus rustica, quid, 99. Iter ad curiam Romanam arreptum habet vim appellationis, VII, 77.

J

JACTANS scientiam vel artem quam non callet, tenetur ad restitutionem damni secuti, VII, 54.

JANUAM ECCLESIE tenens gaudet asylo, V, 221.

JEJUNIUM requisitum ad hoc, ut episcopus continuato jejunio possit perficere ordinationem die dominico, an debeat esse naturale, vel sufficiat ecclesiasticum, I, 440. Jejuniarum observatio qualiter sacris canonibus præscribitur, V, 196. Nativitas Christi, si in diem Veneris, vel Sabbati cadat, non jejunatur a communi Ecclesia exceptis fratribus minoribus, *ib.* Vide *Ægrotus*.

JESUITARUM initium, 14.

JOACHIM abbatis error circa trinitatem personarum divinarum damnatur, I, 57. Solvitur ejus instantia, *ib.* 58. Joachim abbas, quis fuerit, 99. Ejus vaficinia, præsertim de S. P. N. Francisco, et Ordines ipsius, *ib.* Cur is scripserit contra Petrum Lombardum, vulgo *Magistrum Sententiarum*, *ib.* Joachim abbatis errores, qui, 100. Ipse non fuit hæreticus, quamvis libellus ipsius damnatus fuerit, et cur, *ib.* Cur error Joachim abbatis, et damnatio libri sui, nihil obfuerit monasterio Florensi, 102.

JOCUS facilius probatur, quam fictio, V, 307.

JUDÆI an obstringantur constitutionibus ecclesiasticis, I, 163. Qua ratione in jure canonico habeatur integer titulus *de Judæis*, *ib.*

Judæorum Talmud, cur per Papam jussus fuerit comburi, 165. Judæi ad testificandum in judicio adversus christianos admitti non debent, II, 573. Idemque dicendum de paganis, hæreticis, et quibuscumque infidelibus, *ib.* Imo et de Ju-

dæis, aliisque infidelibus noviter ad fidem catholicam conversis, *ib.* Tamen pro instrumentis, contractibus, et testamentis iidem admittunt, *ib.* Sicut et in criminibus exceptis, *ib.* Testimonium christianorum indistincte admittitur contra Judæos, 574. Judæi gaudent asylo, V, 232. Judæi et judaismus quid, VI, 223. Judæi pejores sunt Saracenis, 228. Judæi, an a principibus christianis in suis territoriis licite recipi, et una cum ritibus suis tolerari valeant, 224. Respondetur affirmative: quare, *ib.* Judæi antiquas suas synagogas restaurare possunt, non tamen novas erigere, *ib.* Ubi de facto non existunt, recipiendi facile non sunt: et quare, *ib.* Semel recepti expelli amplius nequeunt, 225. Nisi justa adsit causa, *ib.* Possunt certis legibus, et poenis coerceri, *ib.*

Judæis commorari, vel cum eis communicationem habere qualiter prohibitum sit christianis, 225. Non possunt christiani cum eis habitare in eadem domo: nec uti illorum medico, vel medicina, *ib.* Nec eis pro mercede servire, *ib.* Sive intra, sive extra domum illorum, *ib.* Nec possunt habere Judæum in domo sua pro servo, 226. Nec aliquem invitare ad convivium, *ib.* Neque committere illis officia publica, *ib.* Nec aliquid relinquere in testamento, *ib.* Licet tamen est christianis inire contractus cum Judæis, *ib.* Et curiositatis gratia, intrare ipsorum synagogas, atque ritus illorum observare, *ib.* Judæis quænam de jure sint concessa, et imposita, 227. Gaudent jure civium aliorum, *ib.* Conversi sunt immunes a vexatione aliorum judæorum, *ib.* Litigantes cum christianis coram iudice christiano

comparere debent, *ib.* Delinquentes contra clericum puniendi specialiter, *ib.* Debent portare habitum a christianis distinctivum, *ib.*

Judæi die sabbati non possunt conveniri nec convenire in judicio, VII, 140.

JUDEX, quis, II, 27. Debet esse vir bonus, *ib.* Ac juris, et æqui peritus, et quomodo, 28. Qui prohibeantur esse iudices, 27. Acta iudicis illegitimi ob communem errorem sustinentur, *ib.* In iudice quæ requirantur, 28. Quæque ejus iudicium pervertant, *ib.* Iudex debet abstinere a receptione munerum, *ib.* Teneturque ad restitutionem receptorum, *ib.* Et facit litem suam, *ib.* Non tamen prohibetur iudex recipere esculenta et poculenta ultro oblata, quæ paucis diebus absumi possunt, 29. Iudex, an pro suo labore possit exigere sportulas, 29. Iudicis officium est latissimum; communiter tamen duplex ejus genus distingui solet, 30. Iudicis officium nobile, et mercenarium, quid, I, 546, II, 32. Et qualiter exerceatur, 31. Vide infra *Officium iudicis*. Iudex est fatuus, qui ultra petita iudicat, *ib.* Iudex habet potestatem cognoscendi in dubio, an ipse sit iudex competens, necne, I, 565, 571. Iudex semper debet iudicare ex æquo et bono, quomodo, II, 67. Iudex in quibus differat ab arbitro, 150. Iudex tenetur in conscientia iudicare juxta præscriptum legum, I, 136. Ac tenetur etiam in iudicando procedere secundum leges in præsumptione fundatas, 138. Iudex regulariter tenetur iudicare secundum allegata et probata, II, 32. Solvitur instantia, *ib.* An iudex debeat iudicare secundum allegata et probata, etiam contra propriam scientiam, est celebris quæstio, *ib.* Quando iudex non habet omnino certam scientiam, tenetur eam deponere, ac procedere secundum allegata et probata, 38. Licet habeat certam scientiam contra reum, actore non probante, debet eum absolvere, *ib.* Si vero habeat certam scientiam pro reo, qui tamen secundum allegata et probata ostendit nocens, imprimis tenetur omnia media tentare pro liberatione ejus, *ib.* Et quæ sint ejusmodi media, etc., *ib.*, 35. His deficientibus tres exstant diversæ doctorum sententiæ, 34. Tertia et cæteris probabilior sententiâ distinguit inter causas civiles, et criminales majores, 35. Ex eo, quod iudex sit persona publica, non sequitur, eum teneri condemnare reum contra propriam scientiam, *ib.*

Iudex non potest iudicare secundum sententiam minus probabilem, relicta probabiliori, 36. Nec inter duas æque probabiles pecuniam accipere pro ferenda sententia in favorem unius, *ib.* Neque tunc iudicare in favorem amici, totum jus eidem adjudicando, *ib.* In arbitrariis utile est, habere iudicem gratiosum, *ib.* Quid agendum iudici, quando utraque litigantium pars videtur habere causam æque probabilem, 37. Iudex debet cuncta rimari, *ib.* Iudex ex opinionibus discerpantibus tenetur eam eligere, cui suus intellectus magis consentit, *ib.* Nec debet causam

ad superiorem referre, sed ipsemet eam decidere, *ib.* Ubi probationes utrobique sunt æquales, favendum est reo, et possessori, demptis causis favorabilibus, *ib.* Quod si uterque litigans personam rei, vel possessoris sustineat, *ib.* In casu multum intricato potest iudex consulere partibus, ut se amicabiliter componant, 38. Regulariter tamen litigantes ad componendum compellere nequit, *ib.* Secus ex gravi causa, *ib.* Iudicis est conari, ut quam citius fieri potest, controversiæ litigantium finiantur, *ib.* Iudicis est, providere parti litigantis idoneum advocatum, si quæ talem non habet, 39. Iudex potest, ac debet supplere ea, quæ sunt de jure, et ab advocatis minus benedicta, non vero illa, quæ sunt de facto, *ib.* Idque probatur, simulque exemplificatur, 40. Iudex delegatus, quis, quibusque aliis nominibus appelletur, I, 546. Et quomodo differat a vicario, *ib.* Iudicum delegatorum variæ sunt species, *ib.* Delegatus ad universitatem causarum, et delegatus ad causam particularem, quis, *ib.* Et quæ differentia utriusque, 547. Delegati ab homine, *ib.* Et delegati a jure, qui, *ib.* Et cur horum jurisdictio sit delegata, non ordinaria, *ib.* Quid importet clausula, *Tanquam Sedis apostolicæ delegatus*, *ib.* Et clausula, *Etiam tanquam Sedis apostolicæ delegatus*, *ib.* In dubio an tunc censeatur episcopus uti jurisdictione ordinaria, vel delegata, 548. Delegati alii sunt ratione dignitatis, alii ratione personæ; et quæ differentia inter eos, *ib.* Tandem alii sunt delegati, alii subdelegati, *ib.*

Iudex delegatus multipliciter differt ab ordinario, *ib.* Iudex ordinarius exequitur jurisdictionem jure proprio; delegatus jure alieno, *ib.* Ordinarius potest delegare jurisdictionem suam: non sic delegatus, etc., *ib.* Citatus ab ordinario, si dubitet de jure citantis, tenetur venire, privilegium si quod habet, allegaturus: secus in delegato, donec se legitimaverit, *ib.* Ordinarius potest sententiam a se latam exequi: secus in delegato inferiores a principe, *ib.* Refertur contraria Glossæ opinio quoad secundum membrum, 549. Delegatus Papæ potest per seipsum exequi sententiam, etc., *ib.* Alii etiam delegati ante sententiam possunt partes citare, et contumaces punire, *ib.* Ac probabiliter spectato jure canonico, sententiam exequi, licet secus sit de jure civili, *ib.* Jurisdictio ordinaria non extinguitur morte concedentis; bene tamen delegata, re integra, *ib.* Jurisdictio ordinaria est favorabilis: delegata vero odiosa, *ib.* Iudex ordinarius nequit ut suspectus tam facile recusari sicut delegatus; et cur, *ib.* Jurisdictio ordinaria est cuiusdam naturalis; delegata vero accidentalitatis, et superinducta, *ib.* Appellatione *Magistratus* non venit delegatus, sed tantum ordinarius, 550. Iudex delegatus, an habeat potestatem subdelegandi, *ib.* Affirmatur istud de delegato principis: secus de delegato inferioris, nisi sit delegatus ad universitatem causarum, *ib.* Et quæ ratio disparitatis inter